

270 D.D. Covar. in Practicis Quæst.

- ³⁹ *Judex laicus negavit exigere pœnam legis pecuniariam à Clerico arma prohibita omnibus deferente.*
- ⁴⁰ *An teneatur hujusmodi arma Clerico ablata restituere per Ecclesiasticum reguisitus.*
- ⁴¹ *Instrumenta vetite pescationis, aut vocationis clericis transgressorī possunt saeculares ministri admovere.*

CAPUT XXXIII.

¹ *A*d intellectum capituli Si *judex laicus* 12 de sent. excommunic. in 6. consule Barbos. in collect. ibi, qui per multos referit.

Ad Num. 1.

² Quotiescumque lis vertitur super clericā, ut reus privilegio fori potiatis ad Judicem Ecclesiasticum privatim spectat cognitio, l. 7. tit. 4. lib. 1. Recop. Sanch. Consil. Moral. lib. 7. cap. 1. dub. 1. num. 16. Paz in Praxi, tom. 2. pre. 2. num. 9. Cur. Philip. part. 3. §. 1. n. 11. Mart. de jurisdict. part. 2. cap. 31. in princ. Barbola sup. n. 2. Bobad. Polit. lib. 2. cap. 18. n. 106. Guaz. de defens. reor. def. 1. cap. 3. n. 1. Menoch. lib. 6. presumpt. 76. n. 34. Carlev. de judic. lib. 1. disp. 2. num. 866. Guttier. Pract. lib. 1. q. 6. n. 2. Tusch. lit. C. concl. 395. n. 6. Aliud tamen non nullis in regionibus praxis obseruat, sicut inferius adnotabitur, n. 4.

Ibi : *Quibus etiam suffragatur.*

³ Ubi inter Ecclesiasticum, & secularem judicem de jurisdictione oritur controversia, ille ut dignior illam decidit. Guttier. & Guaz. ubi proximè. Petr. Cabal. quæst. crimin. cas. 223. n. 86.

Ibi : *Apud Gallos hujus controvergia.*

⁴ Non solum in Gallia, sed & in Regno Neapolitano, ac Lusitano moribus, ac statuto receptum est, ut iudex laicus de Clericis cognoscat, si reus fori privilegio se tueri intendat, de quo testantur Menoch. Carlev. & Aug. Barbosa, qui hoc ex concessione Sedis Apostolicae procedere ait, & assentit Mart. d. cap. 31. At eam consuetudinem, seu statutum juri convenire, tenet Petr. Barbosa in l. Titia, n. 34. ff. solut. matrim. agente clero primæ Tonsuræ Thom.

Valaf. alleg. jur. tom. 1. alleg. 24. ex n. 10.

In Hispania, juxta communem iudicem laicus de causa Clericatus non habet cognitionem, quod admoneret oportet, quantum Aug. Barb. d. collect. n. 3. Laudato Præside nostro hic, asseverat contratiā præxim apud nos servari, quem Barbosa lapsu animadvertisit ante Carleval. ubi sup. & quidem D. Covar. expressim attestatur, in Hispania solum Ecclesiasticum judicem existere competentem in Clericatus quæstione.

Ibi : *Et ideo Judices Ecclesiastici.*

Solus Judex Ecclesiasticus definit, an Clericus Tonsuram, ac Vettes detulerit, ut fori privilegio possit gaudere, Truch. sup. n. 96. Guaz. sup. n. 2. Farin. in prax. q. 8. n. 34. & alii quos recensui cap. 31. n. 34.

Ad Num. 2.

Tamen si clericus in criminalibus coronam judice laico respondeat, & uisque ad cause definitionem persistat, adhuc tamē latā sententiā poterit declinatōriam objicere, ac obtinebit, ut ad Ecclesiasticum remittatur etiam si tempus appellationis præterierit. Cancer. variar. part. 2. cap. 2. n. 153. Petr. Barbosa. in l. Si quis ex aliena, n. 70. de jure. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. q. 36. n. 5. Bobad. d. cap. 2. num. 186. Carleval. sup. n. 81. Caravat. rit. 65. n. 8. Azeved. in l. n. 21. tit. 5. lib. 4. recop. At hoc casu, & alii cum secularis causam ad Ecclesiasticum transfert, hic non tenetur stare sententiæ illius, nec astis, quæ ipse in Clericū conficerit Bobad. lib. 2. cap. 18. n. 330. Clar. d. q. 36. in fin. Cur. Philip. part. 3. §. 1. n. 11. Paz supra, d. prælud. 2. n. 12. & omnes communiter: latē Guaz de defens. reor. def. 1. cap. 5. Carleval. ubi proximè.

Ibi : *Non enim potuit Clericus.*

Clericus etiam de licentia Episcopi sui non valet tacitè, vel expresse laici judicis jurisdictionem prorogare. Cancer. ubi proximè, Carleval. d. disp. 2. n. 1076. Farin. n. 13. Scaccia de judic. part. 1. cap. 11. num. 38. Bajard. ad Clar. in d. q. 36. num. 10. Petr. Barbosa in l. 1. art. 3. n. 173. & 177. ubi n. 176. ampliat ad

Enucleatus, & auctus. Cap. XXXIII. 271

Vers. *Clericus vero.*

Clericus qui distulit fori privilegium in judicio allegare, si ad Ecclesiasticum veniat temittendus ad expensas litis illusoria damnari debet. Parlador. ubi sup. & omnes frequenter. Illud quæstionis est, à quo judice facienda condemnatio: D. Covar. docet ab Ecclesiastico faciendam esse, cui accedit Clat. d. q. 36. n. 5. Caravat. rit. 65. n. 1. Salg. de Reg. protect. p. 1. cap. 2. num. 259. ubi aliis. At Clericum à seculati damnati posse in expensis, reservata Ecclesiastica exequitione, opinatur Cancer. variar. part. 2. cap. 2. n. 154. pro quo faciunt tradita per Greg. Lop. in l. 13. gloss. 4. versus finem, tit. 13. p. 2. Guttier. Pract. lib. 1. q. 20. à num. 3. ad 6. Vide Bobad. n. 188.

Ad Num. 3.

Clericatum ut delinquens à seculari potestate immunitus pronuncietur, plenē probari debet per scripturam Praelati attestantis, scilicet Ordines contulisse, aut per duos testes: nec semiplena probatio proderit. Bellot. disquisit. cleric. part. 1. tit. de favor. cleric. person. §. 14. n. 15. Mart. de jure. part. 2. cap. 31. n. 4. 5. Menoch. lib. 6. præf. 76. n. 31. Maſcard. de probat. concil. 303. n. 1. Avendañ. de exequend. mand. part. 1. cap. 22. n. 17. Bobad. d. cap. 18. num. 107. in fin. Farin. sup. q. 8. n. 44. Barbos. collect. cap. Si iudex laicus, num. 12. de sentent. excom. in 6. Guaz. sup. defens. 1. cap. 3. n. 9. & plures apud eundem Barb. collect. 1. si qua per calumniam, C. de Episc. & cleric. Verum & alter clericatum probati per famam, indicia, præsumptions, & argumenta, scripſerunt Maſcard. concil. 302. & 304. cum seq. & Barbosa complurimis d. collect. cap. Si iudex laicus, n. 2. Tusch. lit. C. concl. 378.

Ibi : *Hec exceptio impedit exequitionem.*

¹¹ Exceptio nullitatis ex jurisdictionis defectu impedit exequitionem triplicis sententiæ conformis Cancer. cum aliis ubi proximè, Bobad. n. 186. Carleval. d. disp. 2. n. 81. ac plures, quos laudavimus supra, cap. 25. n. 12.

Ibi : *His accedit, quod & ipse censeo.*

Clericum comprehensum à judice laico propter crimen, quanvis invitum, & profitemen se secularem, poterit Ecclesiasticus postulare, & obtinebit ut sibi tradatur. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 4. n. 116. Carol. de Graff. de effectu. clericat. effid. 1. num. 329. Sibotz. de offic. Vicar. lib. 2. quæst. 191. num. 11.

Unius testis dispositio satis non erit ad probationem clericatus in hoc de exemptione tractatu. Maſcard concil. 303. n. 4. Mart. d. cap. 31. n. 8. & 9. Farin. q. 8. n. 43. Guaz. d. cap. 3. num. 8. & 9. Quartu etiam, quia est causa gravis præjudicij. Mart. n. 9. Avendañ. sup. tum quia impeditur publica vindicta: tum quoniam laeditur Regia jurisdictione, quæ tanti

tanti haberi solet, ut inter utriusque fori judices acriter de illa disceptetur. Unde lethalis culpa reus censetur, qui alienam jurisdictionem usurpat, ut cum D. Thoma, Lefio, ac Salone resolvit Trullench. in Decalog. lib. 8. cap. 1. dub. 8. n. 2. Salagd. de Reg. proœst. part. 3. c. 13. n. 349. & est communis.

Ibi: *His accedit, quod unius testimonium.*

- 16 Unius testimonio etiam quacunque dignitate fulgentis in judicio ad plenam probationem fides adhibenda non est, de quo ad plenè tradita per me in addit. variar. lib. 2. cap. 13. num. 1. & 2. Tamen quoad rem de qua agimus id limitat Mart. num. 19. si versatur in probatioне antiqui Clericatus; ita ut verò similiiter credi posset, ceteros testes tempore extintos, quod adminiculis concurrentibus facile admittendum.

Vers. *Fortassis in hac materia.*

- 17 Licet principalis causa super Clericatu ad Ecclesiasticum forum spectet, sicut præmititur suprà, num. 2. nihilominus judex laicus aliqualem cognitionem haberet, potestque titulum examinare, ac testes recipere summarie, ut se instruerat ad remittendum reum captum ad Ecclesiasticum, aut illum in proprio carcere retinendum, dum causa de Clericatu discutitur, ipsamque summariam informationem mittere Ecclesiastico, ut instrutus decidat, num delinquens fori privilegio juvetur, oportebit. Menoch. lib. 6. præsumpt. 76. num. 33. Didac. Per. in l. 2. vers. item probatv. tit. 1. lib. 3. Ordin. Bobad. Polis. lib. 2. cap. 18. n. 326. Mart. de jurisdic. part. 2. cap. 31. n. 1. vers. Tamen judex. Guazz. sup. d. cap. 3. n. 10. Carlev. d. disp. 2. n. 866.

- 18 Ad quem effectum in hac summaria cognitione sat erit, si clericatus per famam, vel presumptiones probetur, aut quod per testes constet, captum in Tonsura, & Habitū incedisse clericali, dum comprehendetur, & alia requisita ad gaudendum foro observavisse. Guaz. sup. defens. 1. cap. 3. n. 6. & 9. vers. Quoad effectum. Sed sufficiet unius testis asseveratio, ut contra alios D. Covar. edocet, quanquam Clericatum ubi non agitur de tertii præjudicio, per unicum probari testem scripsent plures, ut Guaz. ubi proximè, vers. Tertio ex-

dicto, Mascard. concl. 303. num. 4. Mart. ubi proximè, Barbosa collect. d. cap. Si judex laicus in fin. qui alios refert. Dici tamen potest, non esse absque præjudicio regiae jurisdictionis hujusmodi remissio ad Ecclesiasticos Judices, qui raro, aut nunquam delinquentes foro seculari restituunt, de quo acriter queritur Bobad. d. cap. 18. num. 109. Sed sententia D. Covar. posset limitari ex prænotatis num. 16. in fin. secundum Martæ opinionem, ut scilicet unus testis in antiquis prober clericatum: quod facilius amplectendum hoc casu, quandoquidem de illo non agitur principaliter, sed ad judicium instructionem, maxime si aliqua conjectura testis depositioni jungatur.

Ibi: *Inno^{te} hodie usus obtinuit.*

Quicquid de jure sit, præxi obser- 19 vatur, ut judex laicus captum delinquentem retineat, dum apud Ecclesiasticum causa clericatus discentit, nec locus est remissio, nisi delinquenti fori privilegio gaudere pronuncietur. Bobad. d. cap. 18. num. 105. Paz sup. prælud. 2. num. 10. Guaz. d. cap. 3. num. 6. Clat. §. fin. quæst. 36. n. 21. Farinac. præx. crimin. 9. 8. num. 35. Scaccia de judic. lib. 1. cap. 11. num. 90. Et licet Guazzinus eam consuetudinem ad Hispanias, esse restrigendam adnotaverit, Clarus tamen assertit, regulariter servari, non tam in Mediolanensi statu. Cui præxi occul-dubio occasionem præbuit nimia Judicium Ecclesiasticorum propensio ad cri-pdiendos criminosos quomodolibet a Potestibus laicis cum perniciose Reipublica documento, ut ex nostris animadverrunt Bobad. sup. n. 109. & alii, quosidem refert. Nec facilis foret tra-ditio rei brachio seculari, eti caput fori exemptionem non mereretur, præ-sertim cum in hujusmodi reorum custodia Judices Ecclesiastici non soleant invigilare, ut deducitur ex l. 7. tit. 4. lib. 1. Recopil.

Quoad remissionem eorum, qui cle- 20 ricci dicuntur, dum lis pendet super clericatu, de jure servatur distinctio capit. Si judex 12. de sentent. excomm. in 6. de qua Barbos. in collect. ibi, Mart. sup. d. cap. 31. num. 22.

Ibi:

Ibi: *Quanvis statim judex secularis.*

- 21 Judex laicus, etiam captum delinquentem, qui se Clericum allegat, ad Ecclesiasticum non remittat ex consuetudine, ut suprà num. 19. prænotavimus, tenetur tamen progressum cause suspendere, dum judicium super Clericatu consistit, usque ad definitivam, que in rem judicatam transferit: & si adversus reum feratur, tunc ad ulteriora jure procedet. Farin. in Praxi, g. 8. num. 35. Barbosa collect. d. cap. Si judex laicus, num. 9. Bobad. sup. n. 108. Bern. Diaz in præt. cap. 62. num. 21. Paz sup. tom. 2. præl. 2. n. 10. Guaz. pluribus laudatis, d. defens. 1. cap. 3. n. 4. Tuscl. lit. C. concl. 395. n. 6. Ecclesiasticusque secularis per inhibitionem compellat, ut interim superfedat in causa principali, recepta prius summaria informatione de clericatu, saltem per unicum testem. Paz & Guaz. ubi proximè.

Ad Num. 4.

- 22 Si reus non custodiatur per judicem laicum, sed apud Ecclesiasticum adsit, hic omnino debet illum in proprium detrudere carcerem, nec relaxare ipsum sub fidejussionibus poterit, non solle-tum pendente lite super clericatu, sed etiam principali super crimine; alio-qui licet Magistrati seculari vagan-tem reum publicis vinculis ad custodi-iam subiecere, l. 7. tit. 4. lib. 1. Recopil. Paz d. præl. 2. n. 13. Bern. Diaz in præt. cap. 116.

Ibi: *Tametsi quidam judices.*

- 23 Quanquam publicè intersit, crimi-nos qui exemptionis beneficio à seculari potestate liberatur, carceribus intercludi, donec Ecclesiasticus judex super crimine sententiam ferat, ut meritas luat penas, & sic vindicta publicæ satisfiat: verumtamen decisionem dicit legis 7. Recopil. ad hunc casum ex-tendit, ut D. Covar. placet, difficile vi-detur; nam constitutio expressum dispo-nit, cum de clericatu in judicio con-trovertitur, ibi: *T mandamos á los di-chos Juezes Ecclesiasticos, que entre tanto que lo sujodicho cerca del clericato se de-termina, los tengan presos. Et infe-rius: Que los prendan, y tengan presos* D. de Faria Covar. Enuci.

en la carcel segar fasta que la dicha causa del clericato sea determinada. Que quidem verba palam restringunt dispositionem legis ad tempus, quo su-per Clericatu disceptatur: ino non ob-scure insinuatur, non procedere post-quam sententia pro Clerico lata, super crimen principaliter apud Ecclesiasti-cum agitur.

Nec recipi solet ampliatio legis, cum rationis disparitas dignoscitur, ut in præsenti; nam dum lis pender de Cle-ricatu, judex laicus jus habet saltem du-bium ad delinquentis punitionem, quod sua servari interest usquedem incom-petens pronuncietur; ideo illi permit-titur, ut si reus extra carcerem Eccle-siastici vagaretur, queat ipsum capere, ac in proprio interim custodiare: alio-qui si foro seculari subjectus criminofus declararetur, facile posset aufugere committere, aut ad asylum sacrum convolare, regia illuia jurisdictione. At cum pro clericatu jam est pronun-ciatum, secularis judex nec spe jus ha-bet in reum, quod conservare per cap-turatam expeditat, ad quam procedere impeditur, quia nec actu, nec habitu ullam obtinet in clericum jurisdictio-nem. Unde eti Præsidis nostri opinio-nem expeditat amplecti, ne delicta ma-neant imputata, regali quidem consti-tutione potius refellitur, quām compro-batur.

Ad Num. 5.

Clericus ut Ecclesiastico Judici per 25 laicum remittatur, custodibus est cre-dendus, ex cuius bonis remissio ex-pensis solvenda: quod si inopia labore, Judex Ecclesiasticus, qui illum petierit, sumptus exhibere tenebitur. Menoch. de arbitr. casu 128. n. 8. 9. Paz in Praxi, tom. 2. præl. 2. n. 11. Cur. Philip. part. 3. §. 1. num. 11. Bobad. cum aliis d. cap. 18. n. 329.

Remissio ejus, qui Clericus declaratur, per judicem laicum fieri debet ab-sque ulla rei ignominia. Bobad. num. 328. Paz n. 10. Salced. ad Bern. Diaz in præt. cap. 122. lit. E. Clat. sentent. lib. 5. §. fin. quæst. 36. num. 48. qui reprobat confuetu-dinem provinciarum, ubi qui remittitur, insignia dedecoris, ac ludibrii defere: quam ob rem laicum judicem acriter coërcitum refere.

Ad Num. 6.

27 Qui in judicio declinatoriam proposuit, ut intuitu Clericatus à seculari jurisdictione eximeretur, ad quævis officia, seu munera publica inhabilis efficerit, l. 3. tit. 4. lib. 1. Recop. ubi Azeved. Did. Per. in l. 17. tit. 3. lib. 1. Ordin. Cur. Philip. part. 1. §. 2. n. 14. Aven- dañ. de exequend. mand. part. 1. cap. 19. num. 22.

28 Solent rei, ut istam, & alias pœnas subterfugiant, ea uti cautela; nam Ecclesiasticum Judicem elanculum exorant, ut ex officio eos sibi tradi à seculari requirat, tanquam ad forum suum attinentes propter Ordines, seu primam Tonsuram. Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 10. in fin. Azeved. sup. num. 2. Did. Per. in l. 10. vers. Que autem cautela, tit. 1. lib. 3. Ordin. Sed si hujusmodi fraus probari posset, minimè fraudulatori delinquenti prodesse; immo potius præter legis pœnas alia arbitria afficeretur. Azeved. num. 3. Cur. Philip. num. 15.

Ibi: Siquidem Clericus in minoribus.

29 Clericus etiam in minoribus nequit de jure per laicum judicem puniri pro commissis in secularis muneris administratione, ad quod postulat receptus. Clar. sup. n. 25. Sanch. Consil. Moral. lib. 3. cap. unic. dub. 20. n. 10. & regulariter in quovis Clerico idem sustinent plutes, non paucis dissidentibus, ut videre est apud Barbos. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 127. & collect. cap. 2. n. 4. ne clericis, vel Monach. At ex consuetudine Clericus vel in sacris pro munere syndicatu subjicitur, & à laico judge damnari poterit ad pecuniariam pœnam, suspensionis, seu privationis officii. Suar. de defens. Fid. lib. 4. cap. 34. in fin. Solorz. de jure Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 8. num. 16. Carleval. de judic. lib. 1. disp. 2. n. 453. cum seq. Bobad. cum aliis Polit. lib. 2. cap. 18. num. 99. Clar. ubi proxime, Cur. Philip. p. 3. §. 3. n. 5.

Ibi: Qua ratione regia lex.

30 Ex recentiori constitutione, qua habetur in l. 3. tit. 4. lib. 1. Recop. alter se res habet; nam sublata differentia inter Clericum conjugatum, & solutum,

statuitur ut Clericus minoribus Ordinibus, vel prima Tonsura initiatus munera publica adipisci permittatur, si ita se gerat, ut privilegio fori nullatenus gaudeat, attenta dispositione Trident. sess. 23. cap. 6. de reformat. qui enim illo juvari potest, à munerum ejusmodi susceptione proorsus removetur. Azeved.

Ibi: Hinc etiam deducitur.

Qui fori exemptionem allegaverit, ne à laico judge possit judicari, cunctis redditibus, officiis, ac muneribus, quæ à Rege obtinebat, ipso jure privatur, l. 4. tit. 4. lib. 1. Recop. ubi Azeved. l. 9. & 10. tit. 1. lib. 3. Ordin. & ibi Did. Per. verb. No puean tener, Ant. Gom. d. lib. 3. cap. 10. n. 7.

Ibi: Hac vero pœna.

Olim questionis fuit, an qui declinatoria 32 utebatur, ut ad forum Ecclesiasticum remitteretur, pœnas legibus statutas incurreret, ubi sententia super exemptione non ferebatur, nec subsequebatur effectus: de qua Did. Per. in l. 17. verb. Pero que si resumiesse corona, tit. 3. lib. 1. Ordin. Avendañ. de exeq. mand. part. 1. cap. 19. n. 22. Mexia ad l. Toleti, in apparat. fundam. 6. part. 2. n. 13. Sed hodie es l. 3. tit. 4. lib. 1. Recop. ejusmodi controversia locus non est, ut adnotat Azevedus ibi, n. 1. Ex confitutio- nis verba: *Aunque no tengan sentencia, ni llegue el negocio à ella.* Ex quibus apparet, quod ex oppositione declinatoria sola legis pœna contrahitur. Adhuc tamen sustineri posset, ut si reus ultro deficat ab intentata declinatoria, ac per judicem laicum super crimine judiceretur, pœnas legis evadat, ut sentit Azeved. in l. 4. in fin. tit. 4. lib. 1. Recop. jundis quæ tradit in l. 10. à n. 3. tit. 1. lib. 4.

Tamen pœna prefatae legis ipso jure irrogatur, tamen sententia declaratoria procedere debet, ut probat Azeved. in d. l. 3. n. 4. à quo non omnino dissentit Did. Per. in d. l. 17. Ordin. verb. No puean tener, etiæ contra tenere videatur.

Addit eadem Regia lex, dispensatio- 34 nem à Principe concessam, ut qui declinavit laicam jurisdictionem, ad munus publicum admittatur, viribus non subsistere. Quæ quidem verba potius ad

ad terrorem, quam ad nullitatem actus referri debent; neque enim Princeps sibi legem imponit, à qua ipsi resilire non licet, arguento legis *Si quis in principio 22. de legat. 3.* Opus tamen erit, ut hujus legis mentio fiat, si Rex cum ad officium admitti jubeat, quem ipsa prohibet. Ita Did. Per. in d. l. 17. verb. *I no vale la dispensacion.*

Ad Num. 7.

35 Is qui fori declinatoria utitur Clericus prætextu, in posticum arma etiam communiter laicis permissa deferre prohibetur sub poena amissionis eorum, ac sex mille marapetinorum, l. 5. tit. 4. lib. 1. Recop. Bobad. lib. 2. cap. 18. n. 69. Paz in Praxi, tom. 1. part. 8. cap. unic. num. 10. Padill. tract. de legib. pœnal. cap. 17. n. 9. Azeved. in d. lib. 5. qui ampliat etiæ sententia lata non sit super declinatoria.

36 Quæ quidem regia sancio videtur nequaquam Ecclesiasticos comprehendere, qui in clericali status persistunt; sed illos duntraxat qui postquam de fori privilegio exceperunt adversus secularem jurisdictionem, Tonsura, ac vestibus clericalibus derelictis ut laicos se gerunt, his siquidem armorum usus, quæ aliqui etiæ portare licebat, interdicitur similiq[ue] pœna pecuniaria interrogatur circa ullum Ecclesiastica liberatis præjudicium. Qui intellectus non obscurè deducitur ex eiusdem constitutionis serie, quæ vetat his arma, ceteris similibus permitta: quod Ecclesiasticis nequit convenire, quibus nullum armorum genus deferre licet, ut statim adnotabitur. Igitur de laicis lex loquitur, qui arma quædam, jure permittent, portare valent; non de clericis, in quibus opus non erat prohibitione.

Ibi: An clerici arma portantes.

37 Clericis etiam in minoribus omnino 39 armorum usus & delatio jure interdictum, ac propter transgressionem sunt excommunicandi. Barbosa cum plurimis de Jure Eccles. lib. 1. cap. 40. n. 137. Bobad. lib. 2. cap. 18. n. 67. Paz ubi proxime. Nec illis licet immunitatem Ecclesiasticam armis tueri, dum delinquens à loco sacro per laicum Magistratum extrahitur, ut prænotavi supra, variar. lib. 2. cap. 20. num. 215. Nec propriæ defensionis prætextu Clericus arma portare permittitur. Bobad. n. 67. D. de Faria Covar. Enuci.

in fin. nisi instante periculo veluti ob- sitionis, aut si per loca non tuta clericus iterfecerit. Barbosa cum aliis n. 139. Bobad. ubi proxime.

Hinc oritur anceps controversy, an 38 scilicet Clericus possit per laicos justitiæ ministros spoliari armis, cum quibus fuerit comprehensus? Pro utraque sententia quamplurimos congregavit Barbosa d. cap. 40. n. 140. & 141. tenens negavit, etiæ contrarium magis communem fateatur, quæ apud nos in prævaluit, sicut ex pluribus tradidit d. cap. 20. n. 227. & n. 229. contra sententes re- censui.

Ibi: Et sane de interdicto armo- rum usu.

De quo actum per me d. lib. 2. variar. cap. 10. ex num. 223.

Ibi: Lex autem Principis secularis.

Quando, & quomodo lex secularis Principis Ecclesiasticos liget, præmissum est supra, hoc lib. cap. 8. n. 25.

Ibi: De eo tantum articulo controverti.

Pœnam legibus stabilitam adversus 39 portantes arma vetrica, per Judicem Ecclæsiasticum, non per laicum à Clerico transgressor extorquendam esse prædi- ximus ex multis d. cap. 20. n. 225. ubi hujus loci fit mentio.

Verf. Ut cumque tamen sit.

Docet Præses noster, licere secula- 40 ribus Magistratibus, ac ministris spo- liare clericos armis, si ea deferant, quæ laicis prohibentur, propter quod nullam excommunicationis pœnam incur- rent: & in Hispania usu receptum agnoscimus, prout mox præmonimus n. 38. Imò secularis judex, etiæ per Ecclæsiasticum requiritur, non tenebitur ablata arma restituere, ut cum pluribus tenet Bobad. Polit. lib. 2. cap. 18. n. 66. dixi d. cap. 20. n. 227. alios referens: nec illicitum est laico judicii Clericos sic ar- ma deferentes capere, ut eos ad Ecclæsiasticum remittat. Bobad. ubi proxime.

Similiter ubi Clericus venationi, 41 aut pescationi lege regia, vel statuto in-

1276 DD Covar. in Practicis Quæst.

cordicæ operam dederit, poterunt sacerdotes ministri ei retia, aves, & alia instrumenta auferre, ac sibi retinere. Bobad. n. 119. Cur. Philip. part. 3. §. 3. n. 11. & alii apud Barbosa. de Jur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 40. n. 141. ad fin. Azeved. in l. 1. n. 3. tit. 8. lib. 7. Recop.

S U M M A R I U M .

- 1 Clerico, ac laico simul delinquentibus, an Index Ecclesiasticus in utrumque procedere valeat? & num. 2. 8. & seqq.
- 3 Laicus in causa spirituali utrum arbitrus, aut arbitrator possit eligi.
- 4 Non est capax jurisdictionis spiritualis, nisi ex Pontificis delegatione.
- 5 Laico & Clerico Episcopus causam spirituali nequit committere, ibid.
- 6 Axioma, Magis dignum, &c. quomodo intelligi, ac restringi debet.
- 11 Si Index Ecclesiasticus procedens in laicum, qui cum clericis deliquerit, ob causam individualitatem illum absolvere, aut non dignè punire, laicus index in ipsum animadvertere poterit iterum ex novo iudicio.
- 12 Publicam, aut solennem penitentiam agentes numquid gaudent fori privilegio? n. 13.
- 14 De forma, ac effectibus penitentia publica, ac solennis, & de differentiis inter utramque remissione.
- 15 De interpretatione capituli. Aliud 11. q. 1. n. 18. & 19.
- 16 Penitentes dannati per Sanctæ Inquisitionis Tribunal foro seculari subjiciuntur, si postea crimen aliquod perpetrat ad jurisdictionem laici Magistratus spectans.
- 17 An index valeat penas legis temperare, aut quas sententia semel imposita, moderari? Et quid de inquisitoribus in causis heresis.

CAPUT XXXIV.

Ad Num. 1.

Si Clericus, vel alius qui fori privilegio gaudet, una cum laico delictum perpetraret, quisque a suo iudice debet puniri, nec Ecclesiasticus ratione societatis, & connexionis in lai-

cum procedere permittitur. Tusch. lit. C, concl. 385. n. 17. Jul. Clat. lib. 5. Sententiar. §. fin. q. 36. n. 46. Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 10. n. 6. Fachin. controvers. lib. 9. cap. 31. Cancer. variar. part. 2. cap. 2. n. 144. Fatinac. in praxi, q. 8. n. 151. Guttier. latè Practic. lib. 1. q. 6. n. 7. & per tot. Castill. controv. lib. 6. cap. 165. d. 45. Salgad. de retent. Bullar. part. 2. cap. 1. n. 28. Bobad. Polit. lib. 2. cap. 17. n. 91. Azeved. in l. 10. n. 24. tit. 1. lib. 4. Recop. Barbosa de Jur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 94. Cur. Philip. part. 3. §. 1. n. 11. in fin. Guaz. de defens. reor. def. 1. cap. 11. n. 17. Parlad. differ. 9. §. 1. n. 36. licet alii non pauci contrà tenuerint, quos laudati recentent, ac Menoch. de arbitr. casu 371. num. 13. afferens hanc magis communem, sed vix in praxi observari.

Sed priorem sententiam intelligi oportet de crimine merè seculari; nam si foret mixti fori, Ecclesiasticus etiam laicum valebit coercere, ut animadvertis Barbosa ubi proximè, & proculdubio verum est, nisi laicus index per capturam subditi delinquentis prævenire. Et quamquam Ecclesiasticus per præventionem etiam adversus laicum cognoscens, ipsum absolvat, aut non pena condigna afficiat, licet tamen seculari Magistratu iterum iudicio novo in instituto, pœnam legitimam, ac facinori respondentem interrogare, prout regulariter in causis mixti fori observari prenotavimus variar. lib. 2. cap. 10. num. 37.

Ibi : Laicus potest arbiter esse.

De causa spirituali vetitum est in laicorum compromitti, sed simul cum Ecclesiastico arbiter esse permittitur. Farin. sup. n. 24. vers. Limita secundo, Bobad. n. 93. Tusch. lit. L, concl. 4. n. 10. Matt. Ant. Blanc. tract. de compromiss. in conjunct. q. 2. n. 62. & 64. Lanfranc. de Oriano. tract. de arbitr. part. 2. n. 24. Joan. Bapt. Peruzini. eod. tract. lib. 4. cap. 15. n. 1. Barbosa collect. cap. Per tuas, n. 2. de arbitr. ubi alii, accedente superioris autoritate, ut præfati obseruant, præseruit idem Barbosa in collect. cap. quod in dubiis, n. 4. de consecration. Eccles. qui cum aliis collect. cap. continet num. 3. docet quod laicus etiam sine Ecclesiastico eligi poterit arbitrator in causa spirituali, licet contrà tenuerit Joan. Baptisti. ubi proximè, addens quod nec

Enucleatus, & auctus Cap. XXXIV. 277

nec incidenter laicus arbiter super causa spirituali laudem ferre poterit.

Castill. controv. lib. 5. cap. 169. num. 21. Aug. Barbosa axiom. 76. num. 2.

Ibi : Tametsi laicus censi

soleat.

Ad Num. 2.

Sententiam suam, de qua supra n. 1. 3 D. Covar. declarat, ut non procedat in causis individuis, que separationem nequunt recipere; tunc siquidem Clerico, & laico simul delinquentibus, Juxta Ecclesiasticus in utrumque, causâ cognitâ, animadvertere poterit proprius iurisdictionis præminentiam. Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 10. num. 6. in fin. Tusch. lit. C, concl. 395. n. 8. Guttier. Practic. lib. 1. quæst. 6. n. 9. Barbosa de Jur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 39. §. 1. num. 95. ubi exemplum afferit de mandante, & mandatario. Salgad. de retent. Bullar. part. 2. cap. 14. n. 18. Bobad. lib. 2. cap. 17. n. 91. Azeved. in l. 10. num. 25. tit. 1. lib. 4. Recop.

Sunt qui existimant, quod cum Ecclesiasticus, & secularis cooperantur ad facinus, causa sit mixti fori quoad laicum, ita ut præventioni locus sit. Guaz. de defens. reor. def. 1. cap. 11. n. 17. Parlad. differ. 9. §. 2. n. 36. & sanè quilibet iudex probabili, ac communis opinione nixus rectè procedet in laicum, qui cum Clerico deliquerit, in suo foro, si illum apprehenderit, præventa iurisdictione.

Quod civiles causas eadem est recepta distinzione, ut Clericus, ac laicus ex eadem obligatione convenienter, si causa separationem admittat, quisque in suo foro respondere teneatur; alioqui coram Ecclesiastico uterque litigabit. Quod ita verum est, licet plures laici cum uno Clerico concurrant, de quo Salgad. num. 26. Barbosa d. num. 95. vers. Verum contrarium, Bobad. cum pluribus num. 92. Azeved. n. 23. & 24. Gratian. disceptat. cap. 541. & n. 16. Cancer. variar. part. 2. cap. 2. num. 147. Guttier. sup. q. 43. Sed in praxi adhuc in causis individuis, & communibus Clerico, & laico, hic coram Ecclesiastico iudice conveniri non permittitur, teste Bodabilia; immo secularis, qui ipsum in ius vocaverit, in foro Ecclesiastico subjicitur pœnae legis 10. tit. 1. lib. 4. Recop. ut probat Azeved. ibi, quanvis eam temporari posse ob communem contrarialem opinionem, existimet Guttier. d. q. 43. in fin.

At in criminalibus, si Judicem Ecclesiasticum ob causam individualitatem

M m 3 in

in laicum, qui cum Clerico deliquerit, procedere contigerit, cunque absolvitur, aut mitius punierit quam crimen meretur, poterit laicus denou de illo cognoscens condignam peccatum infligere teo sibi subiecto, sicut in causis mixti fori observari præmissum supra, num. 2. & in specie tenet. Guaz. de defens. reor. def. 1. cap. 11. n. 18. nam judex laicus non omnino excluditur propter incompetentiam, sed digniori cedit, ne recta judicii expeditio, continentia causa divisa impediatur, quemadmodum per præventionem in mixti fori delictis inhibetur. Sic nec regia jurisdicitione illudetur, nec crimina manebunt impunita.

Ad Num. 3.

12 Qui solennem aut publicam penitentiam agunt propter delictum ex iudicis Ecclesiastici sententia, nec in civilibus, nec in criminalibus fori privilegiojuvantur. Clar. S. fin. q. 35. n. 20. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 25. n. 9. Morla Emp. Jur. part. 1. tit. 2. in princ. n. 143. Bobad. d. lib. 2. cap. 17. num. 148. Barbosa addit. ad collect. cap. Aliud, 11. g. 1. Cur. Philip. part. 3. S. 1. num. 14. Simanc. de Catholic. Inquisit. q. 47. de panit. & convers. num. 19. Aliquando hi penitentes per Ecclesiasticum coeteri posse sunt ob excessus, quos referunt Bobadilla.

Ad Num. 4.

13 Contrarium placuit non paucis, ut refert Simanc. num. 18. qui opinantur ejusmodi penitentes fori privilegio gaudere in civilibus, ac criminalibus, ex Leonis Magni Pontificis decreto in cap. Aliud, 11. q. 1. quod diversimodè interpretantur pronuper laudati, & alii quos adducit Barbosa in collectan. ibi, quorum intellectus fuisse D. Covar. refert, ac refellit.

Vers. Sunt tamen.

14 De penitentia solennis, & publicæ forma, atque effectibus agitut in cap. In capite 64. dist. 50. l. 18. 19. & 20. tit. 4. part. 1. ubi Barbosa in collect. pluris laudavit. Trident. sess. 24. cap. 8. de reform. ubi publicæ penitentie fit mentio, quanquam illam exolevise scripsit Alciat. lib. 9. parerg. cap. 22. Sed inter publicam, & solennem penitentia-

tiam multum intercessit, maximè quia post hanc penitentem ab Ecclesiasticis Ordinibus remotus habebatur, d. l. 19. Partit. Barbosa collect. cap. 1. n. 3. de bi-gam. non ordin. non sic per illam. Barbosa in remiss. ad Concil. d. cap. 8. num. 2. & de potest. Episcop. part. 2. alleg. 43. n. 7. Utrum qui penitentiam solennem, aut publicam egit, pro eodem criminis possit per laicum judicem puniri, dixi Variar. lib. 2. cap. 10. num. 21.

Vers. Ipse vero minimè.

Hic tamen D. Covar. novum addit intellectum add. cap. Aliud, ut scilicet ibi consulat Pontifex, quod penitentes non deserant salutaris penitentie progressum ad prosequendum in forensi iudicio quod sibi debetur; quid enim prodest homini universum mundum lucrari si anima sua detrimentum patiatur. Ideo magis expediet pro peccatis satisfacere, quam bona temporalia litigando tueri; nam si penitentes incumbenter litibus, à salutifero statu distraheretur: & quanquam id fieri possit sine culpe reatu, tutius tamen erit obsequi penitentiali Ecclesiæ iudicio, quam forum pro bonis acquirendis, vel conservandis adire secularem. Quam interpretationem amplectitur Morl. ubi sup. num. 143. vers. Sed mea sententia, Barbosa in addit. collect. d. cap. Aliud. Vide infra, num. 18.

Ad Num. 5.

Illi quibus per sanctum Inquisitoris Tribunal publica injungitur penitentia, si crimen postea admiserint quod ad forum spectet secularem, per Magistratum ordinarium Judicem coeteri debent. Bobad. d. cap. 17. n. 148. Clar. d. quæst. 35. n. 20.

Ibi: Nam licet alioqui.

Judici ex causa sententiâ permittitur legales peccatum mitigare; sed postquam eam tulit, moderari peccatum, quam imposuit, prohibetur nisi in continentali Tusch. lit. P. concl. 153. num. 7. Clar. sup. quæst. 85. num. 10. & alii plures apud me Variar. lib. 2. cap. 9. ex num. 101. Sed hoc speciali iure Inquisitoribus licet. Clar. lib. 3. Sentent. S. Hæresis, num. 8. Peñia in Director. Inquisit. part. 2. quæst. 47. schol. 72. Menchac. illustr. cap. 31. n. 3. Barbosa

Enucleatus, & auctus. Cap XXXIV. 279

Barbosa collect. cap. Ut commissi, num. 9. de hæresic. in 6. prænotavi & ego d. cap. 9. num. 103.

18 Libet hic adjicere, quod inter plures interpretationes, quas D. Covar. supra recenser, illa communis videatur verissima, quam tradidit n. 4. vers. Quartù frequentior, nempe quod in d. cap. Aliud, 11. quæst. 1. consilium tribuitur penitentibus litigaturis, ut potius in foro Ecclesiastico, quam in seculari suas deducant actiones, ubi causæ sine tanta distractione & strepore peragi possunt; sed hoc reo consentiente, si laicus sit: in quo nullum penitentium privilegium repertor; nam jure communis eundem laicis licet Ecclesiastice jurisdictionis prorogatio, l. Episcopale 9. C. de Episc. audient. Barbosa cum aliis collect. cap. Significati, num. 3. de for. compet. Carleval. de judic. lib. 1. disp. 2. num. 1120. tametsi iure nostræ regio prohibeatur, l. 10. tit. 1. lib. 4. Recopilat. ubi Azeved. quem in telleatum, quanquam alium expendat, D. Covar. non impugnat.

19 Alius etiam intellectus accommodari poterit dicto capituli Aliud, si perpendamus penitentes miseratione dignos, & sub speciali Ecclesiæ protectione constitutos, idcirco possunt inter misericordibiles personas reputari, quæ agentes, præsertim oppressa, etiam laicos apud Tribunal Ecclesiasticum iure conveniunt, ut ex aliis præmissum supra, cap. 6. num. 8. quam opinionem communem testatur Barbosa collect. cap. Causam que 7. num. 4. quis fil. sint legit. Monet igitur Magnus Leo hujusmodi homines, ut omisso rei legitimo foro seculari, ad Ecclesiasticum confugiant, cum litigate opus sit.

SUMMARIUM.

- 1 Judex laicus an posset cognoscere de possessione rei spiritualis, qui disputent. Resolvitur ex num. 6.
- 2 Quoties possessorum iudicium habet annexam causam proprietatis de re spirituali, aut annexa, judex laicus competens non habetur.
- 3 Nequic habere cognitionem de Beneficii Ecclesiastici possessione: quod limitatur num. 17.
- 4 Potest summariam habere cognitionem de proprietate, & titulo beneficij, ut se inscrat ad judicandum de possessione, si hoc illi licet, ut volunt plures.
- 5 Si controvertatur contra Clericum de possessione rei spiritualis, judex laicus causam decidere prohibetur.
- 6 Virum judex laicus valeat cognoscere de possessione rei spiritualis, absque ultra proprietatis connexione? & num. 7. & 8.
- 7 Causam decimarum in questione facti judex laicus definire valeat in sibi subditum.
- 8 Idem & Ecclesiastico Judici licet.
- 9 Quoties jus percipiendi decimas ad laicos est translatum ex concessione Pontificia, Magistratus seculares de illis cognoscunt, sive juris, sive facti questione vertatur: quod ampliatur n. 12.
- 10 Novarum decimarum exactio causa ad supremum Castella Consilium in Hispania deferuntur, & in Indiis ad Regia Pratoria.
- 11 Num laici decimarum conductores possint in foro Ecclesiastico conveniri? & num. 15. & 16.
- 12 Quomodo cognoscatur in Regis Praetoriis de possessione beneficii Ecclesiastici, ne vis inferatur possessori.
- 13 Qui aliter sentiant.
- 14 Ex quibus causis judges Regii Praetorii habeant extrajudiciale cognitionem ad vim tollendam per Judices Ecclesiasticos illatam, & num. 20.
- 21 De forma procedendi in ejusmodi causis, & quam cognitionem supremi judges habeant.
- 22 De justificatione regis protectionis, remissive.
- 23 Quomodo compellantur Judices Ecclesiastici ad observanda decreta Regie Cancelleria, ubi de vi auferenda deciditur, & n. 24.
- 24 In quibus causis locus non est protectionis adversus Judices Ecclesiasticos, seculares, vel regulares.
- 25 Nuntii Sedis Apostolicae, qui in Curiano Regi adjungunt, tenentur rescripta sua delegationis, & facultatem in Regio exhibere Consilio.
- 26 De retentione Bullarum, que apud nos est permissa, & qualiter procedatur.
- 27 Causa retentionis legitima est, si exterior beneficium Ecclesiasticum conferatur.
- 28 In Beneficiorum provisione regnico alienigenis præponendi.
- 29 In Beneficiorum imperatione precator exprimere debet patriam suam, & diacepsim.
- 30 De Beneficiis patrimonialibus, que in Hispania necessariò conseruntur Clericis

280 D.D. Covar. in Practicis Quæst.

ricis oris ubi Beneficium vacans existit.

32 Per Bullarum retentionem Sedis Apostolicae autoritatí nullum infertur præjudicium, nec irreverentie vestigium ex cogitari potest, & num. 33.

C A P U T X X X V .

Ad Num. 1.

A Neeps quæstio decidenda propo-
natur, teste Parlador. different. 9.
§. 1. n. 34. utrum scilicet laicus judex
possit cognoscere de causa possessionis
rei spiritualis, aut spirituali annexa:
de qua Guttier. *Canon. lib. 1. cap. 34. à*
n. 16. Menoch. de recip. remed. 15. n. 210.
cum seqq. Joan. Garc. de Nobil. gloss. 9.
*n. 46. Cened. *Canon. lib. 1. q. 45. n. 215.**
& ad Decret. cap. 4. à princ. Cevall. tr. 12.
de cognit. per viam viol. part. 1. q. 65. Paz
*de tenus. cap. 12. n. 78. Bobad. *Polit. lib. 2.**
cap. 18. n. 141. Micer. de major. part. 3. q. 11.
n. 16. omnium novissimè ac latissimè Barbosa de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 160.
ad. 179. ubi plures pro utraque sententia
cumulavit.

Vers. Prima conclusio.

2. Quoties judicium possessionis annexam habet causam proprietatis super re spirituali, vel annexa, judex laicus nullum potest habere cognitionem. Menoch. *de retinend. remed. 3. n. 328.* Gut-
tier. n. 44. Joan. Garc. n. 47. Cevall. n. 10.
Bobad. *ubi proximè*, & alii communiter. Unde infertur, quod si agatur interdicto adipiscenda, laicus judex idoneus non est, quia admixtam habet causam proprietatis. Guttier. n. 41. Menoch. *de recip. remed. 15. n. 235.* eti alii dissentiant.

Vers. Ex quopater.

3. Sæcularis Judex incapax censetur, si de Beneficii Ecclesiastici disceptetur possessione, absque connexione juris proprietatis, de quo consulas Barbos. sup. n. 175. Guttier. n. 26. & alios qui ab his pro hac sententia D. Covar. laudantur.

Ibi : Cum ad justificandam
possessionem.

4. Licet ad obtainendum in possessione

Benificii probatio tituli saltem colorati desideretur, de illo tamen summarie, & incidenter cognoscitur, quod judici laico non est veritum ad se instruendum, ut super possessione pronunciet. Guttier. n. 45. Joan. Garc. sup. n. 47.

Ibi : Maxime quia in hac specie.

Si clericus conveniatur super posses-
sione Benificii, vel cuiusque rei spiri-
tualis, judex laicus de jure competens
nequit esse; nam eti possessorum de-
duceretur contra Ecclesiasticum de re
omni profana, veluti prædio, aut domo,
in suo foro deberet conveniri:
quo argumento utitur Barbosa d. §. 2.
n. 175. cui assentuntur Guttier. num. 23.
Menoch. d. remed. 3. n. 349. Vide inferiorius
n. 7.

Vers. Secunda conclusio.

In possesso rei spiritualis non ha-
bente causam proprietatis annexam lai-
cus judex idoneus habetur. Pro qua re-
solutione (eti D. Covar. displiceat,)
plurimos referunt Barbosa, Bobad. Ce-
vall. Guttier. & Menoch. & ego recen-
sui nonnullos variar. lib. 1. cap. 17. n. 149.
& est usu recepta, quam ex nostrisibus
retenet Salgad de Reg. protœc. part. 1.
cap. 1. prælud. 3. n. 217. Bobad. d. cap. 18.
n. 141. Ceval. & Joan. Garc. ubi supra:
eandem amplectuntur, quando reus est
laicus, Guttier. Menoch. & Barbosa
laudat n. 5.

Vers. Verum si diligenter.

Adversus proximam conclusionem 7
docet D. Covar. sœcularem de possesso
rei spiritualis, vel quasi judicare non
posse, etiam si causa proprietatis non
admitteatur, & ita observari in Pintia-
na Cancellaria testatur Bobad. *ubi proximè*: quam sententiam, non paucis
sequacibus recensis, tuctur Barbosa d.
cap. 39. §. 2. à n. 173. Guttier. *Canon. lib. 1.*
cap. 34. à n. 23. ubi etiam plures. Eam ta-
men restringit, nisi reus sit laicus, quo
causa uterque judex, ut in causis mixti
fori, est competens. Guttier. n. 43. Me-
noch. *de retinend. remed. 3. n. 367.* Ce-
val. d. q. 65. n. 21. Alia adjicetur limi-
tatio, si Ecclesiasticus ministrare iusti-
tiam neglexerit, Menoch. n. 354. Gut-
tier. n. 39. His convenienter tradita sup.
num. 5.

Vers.

Enucleatus, & auctus. Cap. XXXV. 281

Vers. Non obicit Glossa.

His rationibus fusiū satisfacit Bar-
bosa d. cap. 39. §. 2. à num. 177. Guttier.
d. cap. 34. num. 26. vers. Et retenta, cum
seqg.

Vers. Primùm etenim illud.

8. Adde Menoch. *de retinend. remed. 3.*
n. 324. cum aliis, & de recip. remed. 15.
n. 234. qui tres casus distinguunt. Primus
cum uterque litigans clericus est: secun-
dus, si reus perturbat, vel spo-
liator possessionis rei spiritualis ex Cle-
ro sit, actor vero laicus. Et in foro Eccle-
sia stico causam desigendam uteroque
causa cum D. Covar. resolvit. Tertium
adjicit, quem Præses noster omisit, cum
scilicet reus laicus convenit; & tunc
apud sæcularem Magistratum, vel Eccle-
sia stico judicem agendum tener, secun-
dum nuper tradita, n. 7.

Ad Num. 2.

9. Ubi solū agitur, an decimæ sint so-
lutæ, vel an hic, aut ille ipsas præstare
teneatur, quoties laicus est qui dicitur
debitor, in foro sæculati causa peragi
poterit. Carrasc. in Recop. cap. 6. §. 2. n. 1.
vers. Circa primam, Barbosa cum plu-
ribus de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 4. n. 1.
& alii non pauci, quos concessi variar.
lib. 1. cap. 17. n. 148. licet non desint, qui
contra sentiant, quos adducit Bar-
bosa.

Ibi : Ecclesia siquidem duos.

10. Ecclesiasticus judex rectè procedet
contra laicum decimatum debitorem,
aut si quæstio vertatur, num hic, vel
alius eas solvere teneatur. Bobad. *Polit.*
lib. 2. cap. 18. n. 145. Guttier. *canon. lib. 1.*
cap. 34. n. 50. ubi quod etiam ipsarum
conductor valet laicos in foro Ecclesi-
astico convenire. Carrasc. *ubi sup. Aze-*
ved. in l. 10. n. 58. tit. 1. lib. 4. Recop. Paz
in præl. tom. 2. præl. 2. n. 22. Cur. Phi-
lip. part. 1. §. 5. n. 5. & alii plures apud
eosdem: qui decimatum debitores per
cenfuras ad solvendum compelli pos-
sunt. Barbosa *ubi proximè*, n. 15. ubi alii

Vers. Tertiò quoties.

11. Si Decimæ à Sede Apostolica conce-
dantur sæculari Principi, Regii Judi-
c. de Faria Covar. Encl.

ces, five de jure, five de facto super
ipis disceptetur, cognoscunt privativè,
etiam inter Ecclesiasticos. Altar. de of-
fic. Fisc. gloss. 20. num. 9. Gattier. Practi-
cib. 1. q. 14. n. 4. Bobad. n. 146. Castill.
de tertii, cap. 22. num. 20. Cartasc. sup.
n. 14. vers. Et quoties decima, præter
nonnullos quos laudavimus variar. d.
cap. 17. n. 150. Idem erit si ad privatos de-
cimas per legitimam concessionem spe-
citem. Bobad. qui de praxi testatur, quic-
quid scripsit Barbosa d. §. 4. n. 2. vers. 111-
dem causa.

Quam conclusionem tuerit, & am-
pliat ante omnes consulendus Solorz.
de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 1. ex n. 31.
ut procedat etiam si Princeps Ecclesiæ
decimas sibi competentes concedat, pro-
ut in Indiis Occidentalibus contigit:
et ita obtinuit apud supremum illarum
Consilium, dum Fiscalem ageret D. So-
lorzanus in causa decimorum fatis ar-
dua circa jus decimandi, quam agitatam,
ac decimam vidimus in codem Regio Se-
natū. Adde D. Frasso de Reg. patron. In-
diar. cap. 18. n. 9.

Vers. Quartò erit.

Quoties Ecclesiastici novas decimas 13
exigere intendant, quæ anteā per de-
cennium non solvebantur, ad Regium
Castellæ Consilium per querelam in
Hispania patet aditus, ne populi, vel
privati vexentur, de quo in l. 6. tit. 5.
lib. 1. Recop. Azeved. ibi, ex n. 2. Aven-
dañ. de exeq. mand. part. 1. cap. 1. n. 32
vers. Item ista jurisdictio, Bobad. sup. n.
148. Cur. Philip. n. 6. Solorz. d. lib. 4. cap. 3.
n. 26. Altar. de offic. Fisc. gloss. 24. n. 3. Car-
rasc. d. cap. 6. n. 13. In novo orbe speciali-
ter indulsum est Regis Praetoris, ut de
hujusmodi causis cognoscatur, quod in
Hispania solū Consilio Castellæ refer-
atur, ut observant Solorz. Carrasc. Altar.
& Cur. Philip.

Vers. Quintò non video.

Laici decimorum conductores pro 14
pretio nequeunt in foro Ecclesiastico
conveniri, nisi ei se submiserint, vel
jurejurando contractum roboraverint.
Guttier. *Canon. lib. 1. cap. 34. num. 49.*
Castill. in l. 6. Tauri, gloss. De qualquier
calidad, Cacheran. Pedem. decis. 31. n. 6.
Borell. in Sum. decis. tom. 1. tit. 34. de for.
comp. n. 53. Bobad. d. cap. 18. n. 150. Car-
rasc. sup. n. 16. Idem de conduce fru-
tus

Nn etus

Etus Beneficii, tenet Parlad. differ. 9. §. 3.
num. 3.

15 Contrarium, scilicet ejusmodi conductorem virtute simplicis obligationis subjici foro Ecclesiastico, ut ad solutionem mercedis possit compelli; cum aliis sustinet Barbosa de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 64. & in Pintiana Cancellaria observari testis est Azeved. in l. 10. n. 58. tit. 1. lib. 4. Recop. cuius praxis fit mentio in Curia Philip. d. §. 5. n. 7. Et quidem juri videtur conformis; nam merces locationis loco decimatum fucedit, & conductor pro debitoribus illatrum subrogatur; idcirco sicut Ecclesia ad exigendas decimas a laicis judices suos adire potest, ut est nuper præmissum, ita similiter in conductorem, qui ipsas percepit, in proprio foro age-re licet, cum subrogatum sibi natu-ram ejus, in cuius locum subrogatur, l. Si cum. §. Qui injuriarum, ff. si quis cauion. cum vulgatis, quæ cumulat Barboxa axiom. 207. n. 1.

16 Præterea in omnibus instrumentis hujus conductionis regulariter solet inseri clausula submissionis foro Ecclesiastico, quam si aliquando per imperitiam Notarii prætermitti contigerit, pro ex-pressa haberi debet, ut suum operetur effectum, l. Quod si nolis. 31. §. Quia aſſi-dua, de adiit. edict. Barbosa tract. de claus. in princ. n. 1.

Vers. Sexto non negamus.

17 Tametsi D. Covar. sup. num. 1. prædo-cuisse, laicum judicem idoneum non censeri, ut de possessione Beneficii, vel alterius rei spiritualis cognoscatur, id tam in præsentiarum restringit quoad judices superiores, qui Regis Praetoriis assident; hi enim poterunt etiam inter Ecclesiasticos per viam extrajudicialis potestatis impedire spoliun fieri Beneficii, & factum, violentia remota revocare, cui obviam ire cuicunque seculari Principi in propria ditione in-cumber non dubitat. Quam sententiam in Granateni, ac Gallico Praetorio praxis observat, pluribusque in Regnis apud exterios, ut videtur licet apud barbos. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 63. & comprobatur iure nostro regio ex l. 2. tit. 6. lib. 1. l. 10. tit. 1. lib. 3. Recop. tenent Bobad. d. lib. 2. cap. 18. n. 141. Joan. Gars. de Nobilit. gloss. 9. num. 46. Cevall. tract. de cognit. per viam violent. part. 1. q. 65. Paz in Praxi, tom. 1. temp. I. creta

n. 23. & 39. Greg. Lop. in l. 13. gloss. 3. tit. 13. p. 2. Guttier. practic. lib. 1. q. 20. n. 1. Azeved. in d. l. 2. Rég. ubi latè probat, Alfar. sup. gloss. 2. n. 16. Avend. d. cap. 1. n. 32. Mieres de majorat. part. 3. q. 11. àn. 11. D. Frasso novissime, ac præ omnibus copioso de Reg. Patron. Indian. cap. 41.

Sed contrarium sustinet Barbosa cum 18 alijs ubi proximè, n. 175. & in Vallisoletana Cancellaria praxi receptum inquit Bobadilla ubi prouper: & qui-dem de jure hæc opinio vera videtur, sed ex privilegio Sedis Apostolice, vel consuetudine servatur opposita, ut an-imaladvertis Guttier. d. cap. 34. n. 15. vers. Quartò quoniam, & constat ex d. l. 2. Re-cop.

Ad Num. 3.

Dupliciter solent Ecclesiastici Judi-ces vim litigantibus perperam inferre, aut non deferentes appellationi legiti-mæ, aut se ingentes, ut de causis ad forum secularè privativè spectan-tibus cognoscant. Salgad. de Reg. prot. part. 1. cap. 1. in princ. n. 2. vers. Secun-do modo, cum seq. Utroque casutam lai-cis, quæm clericis licet Regia adire Praetoria, ut per extrajudiciale cognitionem, & formam lege prescriptam vis auctoratur, & justitia rectè adminis-tretur, l. 36. tit. 5. lib. 2. l. 7. tit. 2. l. 14. tit. 3. lib. 3. Recop. Salg. d. cap. 1. n. 3. & per tibi de justificatione recursus: & cap. 2. de forme procedendi. Cevall. tract. de cognit. per viam viol. gloss. 1. cum seqg. Alfar. sup. ex num. 14. Bobad. n. 139. Paz sup. n. 22. Solorz. cum pluri-bus de Jur. Indian. tom. 2. lib. 4. cap. 3. n. 35. & 36. & alii non pauci, quos re-fert Barbosa. d. cap. 39. §. 2. n. 180. Ipse tamen ex n. 32. eam cognitionem illici-tam, & sacris Constitutionibus contraria probare nititur, nec consu-tudine introduci posse contendit in col-lect. cap. Ecclesia S. Marie, à num. 7. de constitution. de quibus plenè D. Frasso cap. 38. num. seqq. Vx nobis si in praxi illius prævaleret opinio, quanta expe-riemur dispendia, tam salutifero anti-doto deficiente, ut considerant D. Covar. sub hoc num. vers. Quinto justi-tia, Gregor. Lop. in l. 13. gloss. 3. tit. 13. p. 2. D. Frasso ex num. 27. & alii ex parte laudatis. In hoc remedio, cum scilicet non defertur appellationi, di-versimode concipiuntur Consili de-

creta

Enucleatus, & auctus. Cap. XXXV. 283

creta, de quibus Salgad. d. cap. 2. ex num. 199.

Vers. At si laicus perjudicem.

20 Egit D. Covar. de denegato appellatio-nis auxilio, & transit ad alterum modum cognoscendi per viam violentiæ, cùm scilicet laicus in foro Ecclesiastico conveniatur super causa profana ad illum nullatenus pertinente, quo casu profetur decretum per Regios Consiliarios, quod vulgo de Legos nun-cupatur. Salgad. d. cap. 1. n. 3. cuius for-mulam tradit Cevall. sup. gloss. 18. n. 2. quo acta ab Ecclesiastico declarantur irrita, causaque retinetur, aut seculari judici competenti remittitur. Salgad. cap. 2. n. 218. Cevall. gloss. 15. n. 20. Et quanquam in præcedenti remedio semper appellatio debeat præcedere, ut per se notum est, ac obseruat Salgad. n. 64. D. Frasso sup. cap. 37. n. 3. in hoc tamen minimè requiritur: imo nec protestatio Regii auxilii, nec declina-toria desideratur; nam absque istis per simplicem querelam ad Regia Praetoria recurrunt. Cevall. ubi proximè, Salgad. n. 69. Hujus cognitione sit mentio in l. 7. tit. 2. l. 14. tit. 3. lib. 3. Recop. & de praxi in Cur. Philip. part. 1. § 5. num. 34. Monterol. in Practic. tract. 5. de las Chancillerias. tit. Sigueste el tercero prece-que es Ecclesiastico. D. Frasso sup. cap. 37. à num. 13. ubi quod isti remedio est locus, etiæ appellationi deferat Ecclesiasticus, si interponatur.

Ibi: Nec Regii Consiliarii.

21 Ubi extrajudicitaliter cognoscitur, an vim Ecclesiasticus inferat, non exami-nantur metita causa, nec justitia sen-tientia, sed tantum discutitur, utrum legitime appellatio non sit admissa, in quo vis aufrenda constitit, ut latè probat Salgad. de Reg. prot. part. 1. cap. 1. ex n. 230. Catrac. in Recopil. cap. 6. §. 4. n. 20. Cevall. tract. de cognit. per viam violent. gloss. 6. n. 34. Azeved. in l. 2. vers. Item & decimoquarto, tit. 6. lib. 1. Recop. Quod tamen limitatur quoties super vi pronunciari non possit absque principalius causæ cognitione; tunc siquidem Consiliarii Regii de causæ meritis inciden-tes cognoscent, quod probat ad-ducens exempla Cevall. cod. tract. q. fin. à num. 6.

D. de Faria Covar. Enucl.

Vers. Hic autem forensis usus.

De justificatione protectionis Regie 22 apud nos moribus, & legibus introduc-ta, tuis nostris differunt, præsertim Greg. Lop. in l. 13. gloss. 3. tit. 13. part. 2. Salgad. d. cap. 1. ex num. 40. Azeved. in d. l. 2. Recop. Cevall. sup. gloss. 1. cum seqg. alios cumulant Salgad. n. 16. & Barbosa de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 180. vers. His igitur, qui ut præmisimus num. 19. hujusmodi recursum, & protectionem damnat, cuius fundamentis satisfacit Salgad. ex num. 22. de que neotericus D. Frassus egregie sup. d. cap. 38.

Vers. Adversus vero Clericos.

Hujusmodi comminationis, quæ in 23 Judices Ecclesiasticos vim inferentes premitti solet, meminit Guttier. Pra-ctic. lib. 2. quæst. 20. in fin. Alfar. de offic. Eccl. gloss. 2. n. 15. Quomodo hi coërcantur, si parere renuerint decretis, quæ per Regios Judices expediuntur ad vim tollendam, tradiderunt Alfar. ubi proximè, Bobad. sup. lib. 2. cap. 28. n. 139. D. Frasso d. cap. 38. n. 42. qui docet mul-tari posse, ex pluribus. Cur. Philip. dict. § 5. num. 34. Cevall. gloss. 16. num. 10. ubi quod incurrunt pœnam legis 4. tit. 1. lib. 4. Recop. Utrum possint ad expensas damna-ri a superioribus laici judicibus proper vim illatam, disputat Guttier. dict. quæst. 20. Salgad. d. cap. 2. à n. 243.

Vers. Sed & ex multis aliis.

Addit Salgad. de res ent. Bullar. part. I. 24 cap. 9. n. 37. & ex stylo Granatenis Re-gii Praetoria, de quo D. Covar. testa-tur, videatur inferendum, quod facultas cognoscendi per viam violentiæ adaptari poterit ad quoslibet casus, si consti-tur notoriè de vi per ecclesiasticos illata, aut inferenda, præsertim si Superior Ecclesiasticus aut nolit, aut non possit oppresis subvenire: ad quod con-ductus disputatione Salgadi in d. cap. 9. ex n. 13. quo, si placuerit, temperatè, caute, ac si-ne ambitione amplianda jurisdictionis utendum. Confuse D. Frasso sup. cap. 35. ex n. 16. & cap. 36. ac 37.

Sunt vero causæ, quæ intuitu vio-lentiæ ad Suprema Praetoria deferri prohibentur, veluti si ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis, aut Cruciatæ spe-stant, de quibus omnibus latè Salgad.

N. 2 de

de Reg. protell. part. 1. cap. 2. pral. 5. per tot. Bobadill. sup. lib. 2. cap. 10. num. 91. Cur. Philipp. part. 1. §. 5. num. 34. in quibus numeratur visitatio Regularium, quæ per Prælatorum fieri solet. Carta. in Recopilat. cap. 6. §. 4. num. 20. in fin. At nihilominus judicibus Cancelleriarum novi orbis specialiter jubetur, ut super modum procedendi in visitatione Regularium vigilent: & si Vicarii, aut Commissarii generales, Visitatores, & Conservatores notoriè excederint, se interponant, vim auferentes in oppressorum tutelam: quod in Hispania soli Regio Castellæ Consilio reservatur, l. 40. tit. 5. lib. 2. Recop. Solorz. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 3. num. 35.

Ad Num. 4.

26 Apud nos Sedis Apostolicaæ Nuntii, qui in Regia Curia continuè resident, jurisdictionem ullam exercere videntur, nisi priùs literas delegationis suæ cum facultatibus concessis apud Consilium Regium exhibeant: quæ quidem facultates, cùm expedit, restrinquentur, de quo in remission. ad tit. 8. lib. 1. Recop. Bobad. d. cap. 18. num. 207. Salgad. de recent. Bullar. part. 1. cap. 2. num. 51. Salced. prax. crimin. cap. 34. num. 19. Cevall. commun. cont. commun. g. 897. n. 324. & 338.

Vers. Sic etiam in his regnis.

27 Succedit alia species regie protectionis, cùm scilicet Bullæ in Curia Romana expedientur, quibus jus regium lèditur, aut privatorum; nam illarum exequitio impeditur, & per Consilium Regium retinentur, interpolata ad Sedem Apostolicam supplicatione: de quo egregium opus dedit in lucem Salgadus, & si quis plures alios consuleat excepit, aedat Solorzan. d. tom. 2. lib. 3. cap. 25. num. 45. ex quo observandum, quo in Indiis occidentalibus litteræ Apostolicæ exequitioni mandari prohibentur, nisi in supremo illarum Consilio recognita exequi permittantur. De quibus in l. 25. tit. 3. lib. 1. Recopilat. & quoad Indiarum Regna in nova schedularum compilatione nonnulla rescripta recensentur sub tom. 1. & 2. tit. 7. Quod itidem ibi cavyetur de literis superiorum Prælatorum Regularium, exceptis iis quæ spectant ad internam, & ordinariam gubernationem, ut habetur

tom. 2. tit. 7. sum. 5. Videndum D. Frass. sap. cap. 7. num. 15. & 19. cum seqq.

Ad Num. 5.

Inter cæteras causas, propter quas ad Bullarum retentionem devenitur, illa præcipua habetur, si extero Beneficium Ecclesiasticum per Sedem Apostolicam conferatur. Solorzan. sup. lib. 3. cap. 19. num. 10. caute enim, ac providè Regis nostris Constitutionibus aditus alienigenis præcluditur, ne Beneficia Ecclesiastica valeant adipisci, l. 14. cum seqq. l. 25. tit. 3. lib. 1. Recop. Idemque de pensionibus cavitur l. 18. eod. tit. Similiter quoad Indiarum Ecclesias non semel per Regia rescripta prohibetur, ne exteris ab Hispania ad Beneficia admittantur. Solorz. d. cap. 19. ex num. 5. qui fusè rem prosequitur, de quo etiam latissimè Azeved. in d. l. 14. Recopil. Salgad. de recent. Bullar. part. 1. cap. 10. n. 69.

Et generaliter ejusmodi Beneficia potius oriundis, quam exteris esse conferenda probatur ex l. 13. tit. 15. part. 1. obseruant Solorz. ubi proximè, Flamin. de resignat. Benefic. lib. 4. q. 7. Azeved. ubi pronuper. Azor. Instit. moral. part. 1. lib. 6. cap. 4. Greg. Lop. in d. l. 13. gloss. 2. & 3. Fusc. de vijsat. lib. 2. cap. 5. num. 23. Gavc. de Benefic. part. 7. cap. 9. num. 2. Valenz. conf. 34. num. 79. Borel. de present. Reg. Cathol. cap. 51. Mat. Muta ad Conf. Regn. tom. 3. cap. 7. num. 51. Burg. de Paz in l. 3. Tarij. n. 125. Did. Per. in l. 18. tit. 3. lib. 1. Ordin. D. Frasso de Reg. patron. Indiar. cap. 3. num. 13. ubi quamplures.

Ex quo deducitur, quod si quis beneficium impetraverit, non exprimens ex quo oppido, sive dicæci ortus sit, vel aliunde se oriundum fingens, gratiâ ob vitium subreptionis non subsister. Solorz. sup. tom. 2. lib. 3. cap. 19. n. 9. Greg. Lop. in d. l. 13. gloss. 3. Azeved. ubi proxime, n. 7. Garc. sup. part. 8. cap. 9. n. 16. & alii apud Barbol. collect. cap. Proponente, n. 7. de rescript. nam ea qualitas tanti momenti habetur, ut cognito quod precator non erat ex Dicæci, ubi beneficium vacabat; collationis gratia verosimiliter denegaretur.

In Hispania sunt Episcopatus quidam, nempe Burgensis, Calagurtitanus, & Placentinus, in quibus beneficia necessariò sunt conferenda natis intra oppidum ubi Beneficium existit, si quis idoneus proponatur, unde beneficia patrimonialia

Enucleatus, & auctus Cap. XXXV. 285

trimonialia vocitantur: idemque observari præcipitur ubicumque talis vigeat consuetudo, l. 23. tit. 3. lib. 1. Recop. atque ita si in derogationem ejus consuetudinis per Pontificium recipitum Beneficium conferatur, esset locus retentioni, ut exequitio suspensa maneret, l. 25. tit. 3. lib. 1. Recop.

Vers. Unde sanctissimum esset.

32 Hæc repetit Azeved. in l. 14. tit. 3. lib. 1. Recop. qui pluribus suadet rationibus quantum expediatur, ut quis in sua patria beneficium Ecclesiasticum administrat, exclusis exteris, & a regno extra-

Ad Num. 6.

33 Per Bullarum retentionem Sedis Apostolicæ authoritas non decrebit, quin potius augetur, quandoquidem submissis precibus per supplicationem exoratur: nec Majestas lèditur, cum exequitio scriptorum ex justis, ac legitimi causis suspenditur, ut perfectè Principes instrutus voluntatem excendam patefaciat: nec quicquam irreverentia ex hoc subdiciis imputandum, quod non paucis Constitutionibus præcipitur, de quo Salg. de recent. Bullar. part. 1. cap. 1. n. 1. & 2. & cap. 3. à princ. Azeved. in l. 14. num. 33. & 46. tit. 3. lib. 1. Recop. Bobad. sup. lib. 2. cap. 18. n. 208. Valenz. conf. 105. à n. 94. Cevall. de cognit. per viam viol. q. 6. à num. 62. ac comm. cont. commun. g. 897. n. 333. & alii per Solorz. laudati d. lib. 3. cap. 19. n. 10. & 11.

SUMMARIUM.

- 1 Exequitio bullarum suspenditur ipsis recentis, quosies per illas jurispatronatus laicorum lèditur, Beneficio imperato ab absque assensu patroni.
- 2 Pontifex potest derogare iuri patronatus, eti ad supremum Principem spelet.
- 3 Non derogat patronatu laicorum, nisi de eo in literis expressim mentione facta.
- 4 Ecclesiastico tacitè derogat.
- 5 Si patronatus ad Regem, aut Magnates pertinet, mentio fieri debet specifica dignitatis patroni ad derogationem, & num. 8.

6 Clausula generaliter derogante jurispatronatus ad quemcumque pertinet, non includitur quod laicorum est.

7 Derogatio jurispatronatus laicorum non presumitur, & quare.

8 Beneficia que in Curia vacant, si sint patronatus Ecclesiastici, sine assensu patroni conferuntur: secus si patronatus laicorum existant.

9 Legatus de latere que Beneficia valeat conferre, non assentienti patrono, & num. II.

10 In reservatione Beneficiorum non reuinant que sunt patronatus laicorum, vel mixti.

11 De differentiis inter patronatus, remisive.

12 Quando patronatus habeatur Ecclesiasticus, laicalis, vel mixtus, remisive.

13 In dubio presumitur Ecclesiasticus.

14 Ex persona patroni dignoscitur in dubiis qualis sit patronatus.

15 Clericus potest habere patronatum laicale.

16 Clerico acquirenti jus patronatus, bonus intuitu Ecclesia quæstus, erit Ecclesiasticus patronatus.

17 Principes solent mendacis precum, aut importunitate denegandum concedere.

18 Derogatio jurispatronatus laicorum in Hispania non sustinetur, sed Ponitifex per supplicationem exoratur.

19 Quibus ex causis in Hispania litera Pontificia retinentur, remisive.

20 Pontifex frequenter disponit de beneficiis vacantibus in Curia per obitum, cum expressa derogatione jurispatronatus laicorum, modo ad Principes presentatione non spectet: & quid in Hispania observetur, ibid.

21 Quæ Beneficia apud nos licet vacant in Curia, per Sedem Apostolicam non conferuntur.

22 An idem sit vacare Beneficium in Curia, vel apud Sedem Apostolicam, aut in Urbe, quod reservationem?

23 Aliquando licet Beneficiarius in Curia decedat, non dicitur vacare Beneficium in Curia, ut reservationi locus sit.

24 Beneficia vacanta in Curia ubi non subiacent reservationi quoad jus patronatus, utrum per Pontificem, aut per Ordinarium conferantur?

25 Patronatus sui naturæ laicalis quomodo fieri posuit Ecclesiasticus.

- 28 Ecclesiasticus quando in laicalem transferri posse.
- 29 Limitatur resolutio posita n. 27. circa translationem patronatus laicorum in Ecclesiasticum.
- 30 Si Episcopus habeat annexam temporalem dignitatem, ratione cuius patronus non existat, erit Ecclesiasticus patronatus.
- 31 Patronatus communis laico, & clero quoad favorabilia Ecclesiasticus erit, aut laicalis secundum utrinque naturam, & num. 32.
- 32 Quid si patronatus ad collegium Ecclesiastorum, ac laicorum spectet.
- 33 Ubi dubium emerget circa naturam patronatus, inspicere debet Ecclesiæ utilitas, ut ex ea decidatur.
- 34 Si ex conventione patroni clericus, & laicus alterius vicibus presentent, pro vice clerici patronatus Ecclesiasticus habebitur, pro vice laici laicalis.
- 35 Jus patronatus multisfariam acquiritur.
- 36 Prerogativa jurispatronatus laicorum duntaxat tribuuntur acquisitione ex causa onerosa, velut ex constructione Ecclesiæ.
- 37 Ratio expenditur, & declaratur, num. 38. in fin.
- 38 Patronatus non ex causa onerosa quasit, si dubitetur an sit Ecclesiasticus, aut laicorum, quomodo decidendum.
- 39 Probata longæva quasi possessione presentandi, si allegetur patronatus acquisitionis ex donatione, vel constructione Ecclesiæ, laicalis censebitur, & quanti temporis possessio desideretur.
- 40 In Regio patronatu non procedit distinctione de qua supra, n. 36.
- 41 Idem dicendum in Hispania de quovis laicorum patronatu, cuius derogatione non admittitur, et si non ex causa onerosa comparatum esse constet.
- 42 In dubio patronatus creditur obtentus ex causa onerosa.
- Bulla derogatoria jurispatronatus laicorum in Hispania retinentur, quoniam solum noceant existenti in quasi possessione presentandi, qui patronus verus non sit, ibid.
- 43 Pendente in Curia iudicio super Beneficio, aut jurepatronatus, solet Summus Pontifex illud conferre sine assensu patroni laici, nec opus est expressa derogatione.
- 44 Si uterque presentatus ante collationem Rome obierit, non dicesur Beneficium in Curia vacare, ut sit locus derogationis, aut reservationis.

67 Quid

Enucleatus, & auctus Cap. XXXVI. 287

- 67 Quid de inferioribus servientibus Ecclesiæ, quos Rektor designat.
- 68 Beneficia Regis patronatus in Hispania, nisi Rex assentatur, pensione non onerantur.
- 69 Pontifex potest uni ex litigantibus beneficium conferre ea conditione, ut annuum quantum adversario per solvat, tuncque patroni assensu non desideratur.
- 70 Pensiæ Ecclesiastica Beneficium non est.
- 72 Fallit si in titulum Beneficij concedatur cum onere aliquis ecclesiastici ministri.
- 73 Quia Beneficia in Hispania pensionem non admittant.
- 74 Ad unionem Ecclesiistarum, seu Beneficiorum patroni assensu debet intervenire.
- 75 Quid ubi Pontifex Ecclesiæ unit.
- 76 Quid si inferior Prelatus ad unionem ex causa procedat.
- 77 Ut electus Episcopus retineat beneficia ex Pontificis dispensatione, non exigatur patroni consensus.

CAPUT XXXVI.

- L**ege 25. tit. 3. lib. 1. Recopil. recentetur sex causa, ex quibus licet Bullas Pontificias retinere in Hispania Regis Praetoriis. Inter eas præcipua dignoscitur derogatio jurispatronatus laicalis, sive Regis, sive privatorum; nam si in Curia Romana Beneficium imperetur absque assensu, seu presentatione patroni laici, aut clerici, si patronatus ecclesiasticus non est, exequatio per literatum retentionem suspenditur, interposita ad Sanctissimum supplicatione. Salgad. de retent. Bullar. p. 1. cap. à num. 138. & cap. 13. num. 59. Azeved. in l. 5. num. 1. tit. 6. lib. 1. Recop. Villalob. n. 315. Did. Per. in l. 1. vers. Quod procedit quando sit. lib. 1. Ordin. D. Frass. cum aliis d. cap. 3. num. 39. Quid si patronatus sit privilegio, aut præscriptione quasitus, vide infra, n. 36.

Ad Num. 2.

Si patronatus sit Ecclesiasticus, quoties Pontifex Beneficium absolute confert, nulla de illo facta mentione, tacite ipsi, & patroni iuti derogare censetur. Vivian. lib. 14. cap. 1. num. 124. & cap. 2. num. 7. Sanch. n. 7. D. Frass. n. 38. Did. Per. ubi nuper, Salgad. de reg. propter. part. 3. cap. 9. num. 102. Barbola coll. lib. 1. cap. 9. Cum dilectus, num. 4. de iurepatronato. Solorzan. sup. dict. lib. 3. cap. 3. num. 12.

Ibi: Imo si jus patronatus.

Cum patronatus spectat ad supremos Principes, aut Proceres, velut ad Ducem, vel Comitem, ut derogatio sortiatur effectum, non sufficit generalis mentione jurispatronatus laicorum, sed requiriatur specifica, & determinata; cum expressione dignitatis patroni, cui præjudicium infertur. Sanch. d. dub. 54. num. 6. Solorzan. de juri. Indian. lib. 3. cap. 2. num. 18. tom. 2. Vivian. dict. cap. 1. n. 122. Alfar. de offic. Fiscal. gloss. 2. num. 19. Barbola de potest. Episcop. part. 3. alleg. 57. num. 78.

Ad Num. 1.

2. Summus Pontifex valet omni patro-